

Gratvlatoria in honorem
ornatissimi & doctissimi
viri, dn. Ionæ Nicolai
Oriensulani...

Nicolaus, Petrus

1 Ic 1605 Oriensulanus, J 4:o



National Library
of Sweden



GRATVLATORIA
in Honorem

Ornatissimi & Doctissimi viri,

Dn. IONÆ NICOLAI ORI-
ENSVLANI SVECOSMOLANDI,

Cum ipsi XIV. Calend. April. Anno salutis Christiana
cIo. Io. CV. in inclijta Academia VVitebergensi, sum-
mus in Philosophia Gradus, & Magistrj insignia publice
& solemniter tribuerentur:

Illustrissimo celsissimoq; Principe ac Domino,

Dn. AVGVSTO II, DV-
CE SAXONIAE, LANDGRAVIO
THVRINGIAE, MARCHIONE MIS-
niae, &c. RECTORE Magnificentissimo:

PRORECTORE
Magnifico, Reverendo & Clarissimo viro.

DN. LEONHARTO HVITTERO S.S.
Theol. Doctore & Professore Publ.

DECANO
Spectabili & Clarissimo viro,

DN. M. LAVRENTIO FA-
BRICIO DANTISCANO
Hebraeae linguae Professore publico & Phi-
losophicae facultatis seniore:

SCRIPTA
Ab amicis popularibus.
VVITTEBERGAE.

Typis haeredum Zachariae Lehmanni. ANNO M. DC. V.



533

GRANT LONDON

DR. JONAS NICOLAUS

DR. AUGUSTUS

DEBAND



Onius vates verè sic dixerat olim:
Nascitur in molli vix ulla scientia nido,
Ipsa sed assiduo magnoq; labore paranda est.
Cumq; probè hoc scires, medijs ergo, optime IONA,

Usus es ostensis, Sophiam quæ ritè parârunt.
Nam te non mollis, dum clarum manè fenestras
Intrârit, nidus tenuit, nec cæca voluptas
Decepit, nec te mōrunt spectacula vana.
Sed libuit pensum accurare tuum, Et studiorum
Ordine perpulchro cœptam pertexere telam,
Atque altum Sophiæ demum conscendere culmen.
Hæc, ut res ipsa est, refero. Non talia nôrim?
Qui perdocta diu tecum sum castra secutus;
Inque domo tecum qui vixi suaviter unâ:
Nullus amans veri, IONA, contraria dicet.
Te meritò, dixi, Phæbus cumulabit honore,
Quo solet exhaustos tandem pensare labores.
Et quia jam decus hoc, titulum tribuendo Magistri,
Exequitur, me ideo vix dices vana locutum.
Hunc tibi, quem confert insignis Phæbus, honorè
Gratulor, atq; precor multos sit faustus in annos.
Sis saluusq; diu, IONA perdocte, talentum
Quò patriæ possis conferre ad commoda nostræ.
Perpetuum te nunc jubet his salvere, Magister
Docte, Et a vere simul, longumq; valere Thalia.

Hæc contubernali suo suavissimo amoris & benevolentia ergo lusit

Petrus Nicolai de Saby Suecus.

Eccè

Ecce Magistrali quoq; tu, *IONA* optime, lauro
 Tandem in *Leucorea* condecorare Scholâ:
 Postque tot in studijs exactos hætenus annos,
 Debitus ante tibi sed modò surgit honos.
 Cur modò? Cur multò non ante potitus es illo?
 Præmia cur longi fera laboris habes?
 Nam puer & patrijs cum sis excultus in oris
 Artibus insigni dexteritate bonis.
 Atq; aliquot juvenis *ROSEA* quoq; vixeris *URBE*
 Annos, Aonio deditus usq; Choro.
 Aureus & quartò magnum Sol permeet orbem,
 Dum colis *Albiacæ* culta *Lycea* Scholæ.
 Scilicet in studijs cum tot sudaveris annos,
 Ac fueris nulli sedulitate minor.
 Sis quoq; doctrinâ præclarè excultus ab omni,
 Tumpietate gravis, moribus atq; probus.
 Quare ita promeritos tam serò sumis honores?
 Quos multi ante suum sæpe tulere diem.
 Forsitan in Causa est innata Modestia; simplex
 Et mens, quæ titulos possit amatq; minus.
 Sed mea te nimium quare urget quæstio de re,
 Quam majora sibi fata lubelse volunt.
 Quin potius vos ò sanctitissima Numina Musæ
 Dictæ justiciæ regula, norma, decus.

Vos inquam venerans humiliq; interrogo vultu,
 Istane sic vestra lege iubente cadunt?
 Nos secus arguimus, largissima præmia dignis
 Deberi justo tempore cuique suo.
 Fallimur at cæcis mortalia pectora votis,
 Et raro optato res cadit ulla modo.
 Mitto idcirco queri, potiusq; huic grator honori,
 Ac precor ut laudi serviat ille DEI.
 Sitque tibi faustum nomen titulusque Magistri
 Sis patriæ lumen, sis honor atq; tuæ.
 Prosit honos, prosit titulus, solennis & actus
 Prosit, & hic felix sit maneatq; Gradus.
 Nunc quia Leucoridas festino relinquere Musas,
 Visurus patriæ limina chara meæ:
 Scribere plura nequit varijs mens anxia curis,
 Et meditans longæ tædia mille viæ.
 Ergo simul VViteberga, mihi tuq; optime IONA,
 Perpetuum salve, perpetuumq; vale.
 Tuq; mei memorem semper charissime mentē
 Serva, servabo semper & ipse tui.

*M. Ioachimus Stutæus Oestrobotniensis Finno.
 VVitebergâ iamjam abiturus deproperabat.*



A L I V D.



*Ernimus antiquos quantum stimularit Honoris
 Captandi studium, difficilisq; labor.
 Romulidum quondam sata decantatur in orbe
 Proles, quâ binis fana Deabus habet.*

VIR.


VIRTUTIS primum patulis expanditur alic
Postibus; accessum ad se omnibus indigitans.
Post hoc, delubrum fundatum prostat HONORIS:
Quò non ire licet, n̄ prius illud eas.
Sic voluit monstrare modum, quò gloria digno
Contingat merito, provida canities.
Si velit exactam lapsò quis tempore vitam
Exactè IONA, conciliare tuam:
Intonet ex templò; Fuit hæc tibi candida imago
Virtutis speculum, quin operumq; pharos.
Virtus vitæ fuit, fuit hæc tibi pascua vitæ; &
Mittere torpori nuntia, cura fuit.
Te patry quondam dum nutri vèrè penates,
Cœpisti Aonias sic adamare Deas:
O cijus ut colluctantes superentur, & illis
Doctrinæ fascēs indole præripias.
Nec satis id duxti, pungit cor mystica cura
Visendi Celebrès Teutoniæq; scholas.
Ast ubi sis voti compos, lustrare recessus
Pieridum Clausos applicuisti animum.
Atq; ut apes inbiare bonis sue vèrè viretis,
Tu Charitum dulci labra rigare mero.
Voluisti ingenio pariter monumenta Sophorum,
Flamine divino ac relligionis opus.
Nec non & pietas, pandit quæ Cœlica tecla,
Nunquam corde abiens exulat illa tuo.
Hæc mea quæ strictim mens fert, mangonica non sunt,
Cognita namq; diu, testis & ipse Deus.

Quid

Quid vetat ergo virum, cui mens calet ent beatantum
Præmia virtutum digna capessere eum?
Huc age Musarum puichram Chore plecte corollam,
Cingat quæquæ tui tempora compta IONÆ.
Adsis ipse IONÆ, tibi decernentur honores,
Quæis dignus dudum es FABRICIANÆ operâ.
Sic Clarijs offerre solet Latona ministris
Dona; ut Adorea sit debita cuiquæ sua.
Posthac næ Ambrosiâ dignus tituloquæ MAGISTRI
Gaudebit DOCTI, doctus & ipse IONAS.
Hunc Deus incolumem Pijlios conservet in annos,
Quò patriæ maneat flos, rosa grata diu.
Sit sator invictus, feriat quem Cerberus Orcj
Impavidum frustra, Seminis usquæ DEI:
Et studeat lichnum stadio in virtutis anbelo
Musarum accensum promere ritè bonis.
Hoc patria expectat; cupit hoc dulce agmen amicùm;
Et mea vota optant; Omnipotensquæ jubet.
Maçte novâ sic laude IONÆ, & post fata nitorem
Æternum referas: Terquæ quaterquæ vale.

Adam Laurentij Vellerius Suecus.

ALIUD.

 Ena si felix mihi jam fuisset,
Fingere ac possem metra culta, frater,
Nil magis vellem; sed amore fundam
Qualia possum.

Anseri

Anseri ut rauco strepere inter albos
Fas erat cygnos : mihi sic novello,
Inter apprimè juvenes scientes

Condere vcrsus.

Sedulos nunquã sacra Musa alumnos
Deserit , semper sed honore gnaros
Afficit , dignos meritis & ipse

Phœbus honorat.

Lauream fratris capiti coronam
Applicat dignè arcitenens Apollo,
Ac manum mollem decorat micante

Eminus auro.

Hæc, ait, duri cape jam laboris
Præmia , & docti titulo Magistri
Gaude , erit, *IONA* , tibi dum brabeia

Plura dabuntur.

Hos tibi, frater, celebres honores
Gratulor , faxit *DEUS* optimus, quò
Ejus in laudem , & patriæ salutem

Cedere possint.

Te *DEUS* salvum in patriam reducat,
Ut tuus *Matrem* reditus serenet,
Gaudeant chari simul & propinqui

Te redeunte,

Hæc rogo vultu capias sereno,
Cultior factus meliora fundam:
Iam vale felix Pylios in annos,

Frater amande.

Catullus Nicolai Orienſulanus Suecus.